BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 26r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



moyses. egressus ad fratres suos uidit afflic
tiones eorum. et uirum egyptium percutien
tem quendam de hebreis fratribus suis. Cumque
circumspexisset huc atque illuc. et nullum ad
esse uidisset. percussum egyptium abscon
dit in sabulo. Et egressus die altero conspexit
duos hebreos rixantes. Dixitque ei qui
faciebat iniuriam. Quare percutis. pro
ximum tuum. Qui respondit. Quis te con
stituit principem et uiticem super nos.
Numquid occidere me tu uis. sicut heri
occidisti egyptium. Timuit moyses.
et ait. Quomodo palam uerbum istud
factum est. Audiuitque pharao sermonem hunc.
et querebat occidere moysen. Qui fugiens
de conspectu eius moratus est in terra
madyan. et sedit iuxta puteum. Erant
autem sacerdoti madyan. vii. filie qui ue
nerant ad hauriendam aquam. et imple
tis canalibus ad aquare cupiebant gre
gem patris sui. Superuenere pastores.
et eiecerunt eas. Surrexitque moyses. et
defensis puellis. adaquauit oues earum.
Que cum reuertissent ad ietro patrem
suum. dixit ad eas. Cur uelocius uenistis
solito. Renderunt. Vir egyptius liber
auit nos de manu pastorum. insuper et
hausit aquam nobiscum. potumque dedit
ouibus. At ille. Vbi est inquit. Quare
dimisistis hominem. Vocate eum ut
comedat panem. Iurauit ergo moyses
quod habitaret cum eo. Accepitque sephoram
filiam eius uxorem. que peperit ei fili
um. quem uocauit gersan. dicens. Ad
uena fui in terra aliena. Alterum uero pe
perit. quem uocauit eliezer. dicens.
Deus enim patris mei adiutor meus.
et eripuit me de manu pharaonis. Post
multum uero temporis. mortuus est rex
egypti. et ingemiscentes filii israhel
propter opera uociferati sunt. Ascendit
que clamor eorum ad deum. ab operibus. et au
diuit gemitum eorum. ac recordatus est
federis quod pepigerat cum abraham.
ysaac. et yacob. Et respexit dominus
et cognouit eos. ·III·

Moyses autem pascebat oues ie
thro cognati sui. sacerdotis ma
dyan. Cumque minasset gregem
ad interiora deserti. uenit ad montem
dei oreb. Apparuitque ei dominus in fla
ma ignis de medio rubi. et uidebat quod
rubus arderet. et non comburetur. Dixit
ergo moyses. Vadam et uidebo uisio
nem hanc magnam. quare non comburatur
rubus. Cernens autem dominus quod perge
ret ad uidendum. uocauit eum de me
dio rubi. et ait. Moyses moyses. Qui
respondit. Assum. At ille. Non appropi
es inquit huc. Solue calciamentum
de pedibus tuis. locus enim in quo stas
terra sancta est. Et ait. Ego sum deus patris
tui. deus abraham. et deus ysaac. et deus
yacob. Ascondit moyses faciem suam.
Non enim audebat respicere contra deum.
Cui ait dominus. Videns uidi af
flictionem populi mei qui est in egypto.
et clamorem eius audiui. propter duri
ciam eorum qui presunt operibus. et sciens
dolorem eius. descendi ut liberarem eum
de manu egyptiorum. et deducerem de terra
illa in terram bonam. et spaciosam. et in terram
que fluit lacte et melle. ad loca chana
nei. et ethei. et amorrei. et pherezei. euei.
et iebusei. Clamor ergo filiorum israhel
uenit ad me. uidique afflictionem eorum.
qua ab egyptiis opprimuntur. Sed ueni
mittam te ad pharaonem. ut educas po
pulum meum filios israel de egypto. Di
xitque moyses ad eum. Quis ego sum
ut uadam ad pharaonem. et educam fi
lios israel de egypto. Qui dixit ei. Ego
ero tecum. et hoc habebis signum quod mise
rim te. Cum eduxeris populum meum de e
gypto. immolabis domino super montem
istum. Ait moyses ad deum. Ecce ego
uadam ad filios israel. et dicam eis. Deus
patrum nostrorum misit me ad uos. Si
dixerint michi quod est nomen eius. Quid
dicam eis. Dixitque dominus ad moysen.
Ego sum qui sum. Sic dices filius is
rahel. Qui est misit me ad uos. Dixitque